



AVgustinus honestis parentibus natus, & a
 pueris bonis litéris addicatus fuit. Is cū sub
 domesticis præceptoribus prima artū & lingua-
 rum fundamenta feliciter iecisset, sese ad studiorū
 gymnasia contulit, atq; philosophiæ præceptis di-
 ligenter incubuit. Hisce utcunq; perceptis, Medi-
 ce facultati operam dedit, & sua diligentia effecit,
 ut in ea meritò Doctoralia insignia sibi omnium
 acclamatione compararit. Postea eam artem e-
 xercere cœpit, atq; sua dexteritate multis ægrotis
 passim profuit. Itaq; Ioachimus Elector Branden-
 burgicus hūc Augustinum ad suam cutiam acce-
 siuit, & sui corporis Medicum constituit. In ea fun-
 ctione is tanta animi dexteritate uersatus est, ut non modò principi, uerùm e-
 tiam omnibus aulicis gratissimus esset. Hinc factum ut principem comitatus
 ad comitia peruererit, & exteris quoq; sua eruditione innotuerit. id quod &
 1562 Franckoforti apparuit, cum Maximilianus Cesar ab electoribus de-
 claratus est. Sicq; contigit, ut Augustinus magnum uirtutis sibi
 nomen hinc inde impetrararit. Ano.